



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

In Cap. Venientes 19.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

serit, non tenetur juramento suo stare, quod verisimiliter de his casibus non cogitat veritatem, textus est in cap. Quemadmodum 25. hoc tit. Neque enim juramentum consensus supplet, l fin. Cod. De non numerata pecunia.

8. Hæc autem verisimilitudo ex eo colligitur, si res, quæ vi generalis aut simplicis obligationis sive iuramenti petitur praestari, immo dicta sit, d. l. Silibertus, nimis dura, d. l. Obligatione generali cum 2 seqq difficultis, cap. Querelam 10. & cap. Brevi 17 hoc tit. impossibilis, tunc quis, c. 1. & c. 6. eod item quæ dignitatem & existimationem nostram laudent, l. Filius 15. D. De conditionib. institut. & l. Nepos Proculo 9. 12. 5. D. De verb signif. * Quippe generalia non captiosè, sed civili modo accipienda sunt, sicut eleganti exemplo explicat Caius J.C. Si cui (inquit) simpliciter via per fundum cuiuspiam cedatur, vel relinquatur, in infinito, videlicet per quamlibet eius partem ire, agere licet, civili tamen modo, nam quædam in sermone tacite recipiuntur.

tur: non enim per villam ipsam, nec per medias vineas ire, agere licendus est, cum id a quæ commode per alteram partem facere possit minore servientis fundi detrimento, textus est in l. Sic u. 9. D. De servitutib.

Neque obstar, quod generalia generaliter accipienda sint, ut est textus in l. 9. generaliter D. Delagatis prestand. & in l. Item apud Labeonem 15. §. generaliter D. De jure jur. Item quod specialia insint generalibus, l. Semper specialia D. De R. I. quia id verum est, nisi ex verisimili conjectura prius reuel personæ diversum colligatur, ut in exemplis superius allegatis, siquidem in iuramento animus potissimum, non verba spectantur, can. Humanae au- res xxii. quæst. 3. ubi textus inquit, quod debet quis non verba considerare, sed voluntatem & intentionem. Intellige, ubi certò vel verisimilitus de intentione constat; alias sequimur significatio verborum, l. Non aliter 67. D. De legat. 3. & c. Ex literis 7. inf. de sponsal.

In Cap. Venientes 19.

S U M M A R I A.

1. In omni iuramento intelligitur excepta auctoritas superioru.
2. In iis, quæ à superiori jure pendent, potest superior gratiam facere, aut ea abdere.
3. Secus in iis, quæ privatum alcuius commodum pertinet.
4. Iuramentum alteri praesitum an Princeps secularis remittere possit.
5. Sententia negativa probatur.
6. Iuramentum in præjudicium alterius praesitum ipso iure non vales.
7. Camera Imperialis an & cur relaxationem à iuramento concedere possit.

Hoc Cap. celebre est, propterea quod ex eo deducatur hæc regula generalis, * quæ in iuramento semper excepta intelligitur auctoritas sive ius superioris. Cum Consules Tudertinæ civitatis, quæ est in ditione Romani Pont. etiam quoad temporalia, iurassent in ingressu officii sui, quod secundum morem civitatis suæ iudicarent, & idecirco, vi huius consuetudinis, sententiam suam intra viginti octo dies executioni mandassent, recte appellari oportet, si qua interponeretur: aditus hac de re. S. Pont. mandat executionem retractari; ob hanc rationem, quod

in iuramento semper superioris auctoritas excepta intelligatur, hoc est, iuramentum infringi vel irritari possit per superiori.

Igitur ut hic contra iuramentum Consulum & admittitur appellatio, ira & generaliter in ceteris casibus receptum est, ut scilicet quoad ea, quæ à superiori iure pendent, & ab eo tamquam fonte in superiori promanant, superior gratiam facere possit, vel etiam penitus abdere, non obstante inferiorum iuramento. Sicut & saepius videtur est in plurimis locis Conc. Trid. & in Decretalibus Pontificum, quibus saepissime abrogantur Natura & consuetudines Ecclesiastorum, etiam si iurata sint; ex eo, quod omnes res iuratae Ecclesiastica pendeant a Romano Pontifice, tamquam superiori etaque idecirco, cum eius protestas semper excepta intelligatur in eiusmodi consuetudinibus & statutis Ecclesiastorum, recte, si vult, ipsi derogare potest. Huc quoque pertinet illud Papiniani, quo ait, Severum & Antonium Imp. gratiam fecisse iuris iurandi, id est, remissi iuramentum ei, qui iuraverat se non interfutrum ordinis decurionum, textus est in l. fin. D. Ad municipalem. Nam id recte factum dicitur, cum in protestate Imp. sic ordo decurionum, acque ad dominia publica munera, cui iniquum esset derogari per iuramentum sive pactum inferiorum, l. Ius publico

publicum 28. d. de pæstis. Nam & id constitutum est
a iure, ne iuramentum noceat alteri terro, test. in
c. Cùm contingat 28. in fine hoc sit. Quod hic con-
tingeret, si superior non posset remittere vel tollere
juramentum ab inferiori præstitum.

3 So semper retento, quod hic loquimus de iis,
quæ à superiori pendent: ut securus est in his, quæ
jus Principis non concernunt, sed tantummodo
privatum alicujus commodum: ut in contrac-
tibus & aliis conventionibus, quæ aliorum com-
modum vel incommode respiuant, nihil po-
test Princeps, nisi forte ex justa causa, ut est ju-
stus motus, dispelet S. Pont. c. Si verò 28. sup. eod. si-
cuit alijs diximus in c. i. sup. eod.

4 Illud quæ situm est, An Princeps sacerdotalis ju-
ramentum alteri factum remittere possit? Quod
certè videtur, per textum in L. Abigere 6. in fine D.
De jure patron. ubi lege Joliā (scilicet latā à Julio
Caſare) remittitur iurandum liberto libertate
ve, quod patrono præstitum de non contrahendis
nuptiis. Item in Camera Imperiali relaxatio fit
juramenti, quod subditū innocentates, cum ē carce-
re dimittuntur, præsterunt dominis suis, ad ef-
fectum agendi contra dominos, ut tradit Andr.
Gail. lib. i. Ob. 22. Exsistit in Ordinariis Camera parte
2. tit. 24.

5 Contrarium verò de jure certius est, ejusmodi
juramentum à Princeps vel alio sacerdotali remitti
non posse, per textum in c. Novit. 13 circa fin sup. De juri-
dio. & in c. Venerabilis 34. §. idem etiam sup. De elect. Et ratio est, nam in remissione sive absolutione a-
gicur de re spirituali, videlicet de obligatione
quæ sita Deo per juramentum, c. Debitorum 6. sup. hoc
sit. cuius idcirco cognitio & remissio ad solum

Ecclesiasticum Judicem pertinet, sicut & alia-
rum rerum spiritualium, c. 2. sup. De iudicio.

Non obstat textus in d. l. Abigere; quia id mirum
non est, tunc temporis tale iuramentum remis-
sum fuisse per L. Julianum, quod pugnat cum Rei-
publ. utilitate, cuius intererat repleri liberis ho-
minibus civitatem, ut est text. in l. 2. D. Solat. matrim.
† At verò iuramentum in præjudicium alterius 6
præstitum ipso iure non valet, c. Si diligent. 12. sup.
Deforo compet. & c. Cùm contingat 28. in fine hoc sit.
junctā l. Ius publicum D. De pæstis. Verò hodie apud
Christianos iure divino & Canonico cessat hæc
lex Julia, utpote Romano populo in immensum
aucto, propter verba Christi, Reddis autem domino
juramentata, Matth. c. 5. circa fin. quæ & repetun-
tur in d. c. Debitorum.

Quod verò ad Ordinationem Cameræ, diffici-
le est respondere, nisi dixerimus, idem inductum
esse Reipubl. causa in odiū dominorum & vien-
tum in subditos suos: ut hac ratione compescatur
eorum levitas, dum vident se conveniri pos-
se, in iusti carceris causâ, relaxatione scilicet pe-
titâ à iuramento. Deinde ne tumultus occasio-
detur subditis contra dominum. Unde etiam, an-
tequam iuramenti relaxatione fit, prius ad eumdem
dominum seribitur pro informatione facti, ut vi-
dere est d. tit. 24. & latius apud Andr. Gail. & Ob-
serv. 22. cum seq. Licet idem Gail. Observ. 25 simili-
citer putet, ejusmodi relaxationem Cameræ
competere ad versus juris Canonici regulam, quæ
soli Ecclesiastico Judici absolutio à iuramento
reservata est, quod meo iudicio iure defendi non
potest, nisi publicæ utilitatis causâ, utjam di-
ctum est.

In Cap. Ad nostram 21. & in Cap. Quintavallis 32.

S U M M A R I A.

1. Iuramentum generali seu simplici non continetur tur-
pia vel in honesta.
2. Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.
3. Licit iuramentum prius licitum incidat, deinde in
illimum.

Hinc rursus discimus, quod in iuramento
generali vel simplici non contineantur il-
licita, de quo latius sup. eod. in c. Veniens. Un-
de is, qui iuravit se observaturum statuta Eccle-
siae particularis, aut alterius loci cuiuscumque,
non intelligitur se iurciurando obstrinxisse ad

ea, quæ turpia vel in honesta sunt, vel quæ pug-
nant cum libertate Ecclesiastica, c. i. hoc tit. lib. 6.
Quamvis, etiam si in specie in illicita statuta, sive
constatudines iurasset, quæ non teneretur, ex
alio capire, † quod iuramentum non debet esse
vinculum iniquitatis, c. Quantus 18. sup. eod. & c.
Non est obligatorium 58. De R. l. m. 6. Quod pertinet
textus in can. In malis xxxii. quest. 4. In malis pro-
missis (inquit) rescinde fidem, in turpi voto muta
decretum: quod incaute voristi, ne facias. Impia
enim est promissio, quæ scelere adimpletur. Un-
de & merito reprehenditur Herodes, qui cum
iuratus promisisset pueræ saltanti, se præstitu-